



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXVII. De Captivitate Domini Wigbaldi Episcopi Culmensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Anno Domini MCCCLXXIX. fuit messis hic in Prussia multum tempestiva, itaque circa Festum S. Johannis Baptistæ messis fuit completa. Cerasa ante festa Pentecostes erant matura, & (a) vinum in festo S. Jacobi.

ANIMADVERSIO.

(a) Hodie in Prussia parum reperias vini. Fuisse autem in Prussia olim vineas quam plurimas, multa docent. In Tabulario Thoruniensi reperiuntur literæ Præceptorum Ordinis Teutonici, quibus Paulum Bellizerum de Rusdorff Magistrum Ordinis Magistratu dimitunt. In illis vero præter alia Magistrum ad vitæ tempus concedunt Rastenburgensem, Luneburgensem, Rheinensem & Lyccensem Districtus, cum omnibus vineis &c. Data sunt hæc literæ Mariæburgi An. 1441. Deindè prope Thorunium urbem sunt montes ad Vistulam, qui in hunc usque diem vocantur *die Weinberge* vivuntque adhuc Thorunii non pauci, qui vivens bellicis temporibus destructas, ibi locorum olim fuisse meminerunt. Præterea templo D. Johannis, quod Thorunii est, legatus est pagus, nomine Simmenau, cum omnibus vineis. Postremò in mari Baltico quondam fuisse Insulas vini feraces, testantur sarmenta vitiginea, quæ cum succino ad littora tempestatibus exortis propelluntur.

CAP. XXVII.

De

Captivitate Domini Wigbaldi Episcopi Culmensis.

Anno Domini MCCCLXXV. In DE OBITU DN. CAROLI IMPERATORIS.
 crastino S. Ambrosii D. mensis LI IMPERATORIS.
 (a) captus fuit in Colmsæe per Joannem de Kindschen militem & suos Anno Dn. MCCCLXXXVIII. in
 complices. Idem Dominus Episcopus *Vigilia S. Andreae Apostoli*
 post evasionem terram hanc exiit, & *Dn. Carolus VI. Rom. Imp. ab*
 hac luce migravit. Eodem *anno post obitum Gregorii*
 non | *Pape*

Winricus à Kniprode XIX. Magister Gener. Ord. Teut.

non est reversus, sed obiit (b) in monasterio veteris montis Ordinis Cisterciensis. Hujus autem sceleris perpetratores morte similiter interierunt.

Papa IX. exortum est Schisma detestabile.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Causam captivitatis non legimus quenquam nostratum Scriptorum expressisse.
 (b) Schuzius in catalogo Episcoporum Culmensium dicit eum Colonie esse mortuum.

CAP. XXVIII.

De

(a) *Obitu Magistri Winrici.*

Anno Domini MCCCLXXXII. in die S. Joannis Baptistæ obiit Magister Winricus, qui præfuit (b) 32. annis. versus:

VINCLASUBITMORTISWINRICUSNOCTEJOANNIS.

Eodem anno post festum natalis Domini die 12. homines foderunt hortos suos, seminantes petroselinum, papaver & alia semina æstivalia, sicut nunc fit post Festum Paschæ & fiebant tunc tonitrua & fulmina, sicut in æstate.

DEDUCE AUSTRIÆ
EXPULSO PER
POLONOS.

*An. Dn. MCCCLXXXV.
Poloni Dominum Wilhelmum Ducem Austriae
Domine Hedvige Reginae*

Poloniae matrimonialiter, imò carnaliter copulatam de regno & uxore repulerunt, & dictam Dominam contra omnem suam voluntatem Jagel Regi Lithuanorum pagano, in uxorem tradiderunt, eam ad hoc vi impellentes, quod ipsa sit coacta fecit dolorosa:

Eodem anno Frater Regis Franciæ occisus est per quendam militem, cujus uxorem vi oppresserat, & propter libidinis suæ ardorem impetuosum, quem honestis dominabus & virginibus inferebat, & propter alia mala tradimamenta Fratri suo Regi Franciæ (qui probus erat) illata. Cujus brachium dextrum miles iste primo invadendo amputavit juxta vaticinium David Prophetæ sancti, in his tribus verbis: Conteret brachium

Hbb 3

pecca